

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 1: De peccatis Caput 1: De superbia (8)

Idem (Bernardus):

Nichil angelus ille fecit, nichil operatus est.
Tamen cogitavit superbiam
et in ictu oculi
irreperabiliter proiectus est.

Si superbientibus angelis Deus non pepercit,
quanto magis tibi, putredo et vermis?
Nihil ille fecit, nihil operatus est:
tantum cogitavit superbiam;
et in momento, in ictu oculi,
irreparabiliter praecipitatus est,
quia, iuxta Prophetam, in veritate non stetit.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in aduentu Domini*, 1.2 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.162-3, ll.25-6, 1-2).

Si sic actum est cum angelo,
quid de me erit terra et cinis?
Ille in celo intumuit, ego in sterquilinio.
Quis talis abhominabor in diuite superbiam
quam in paupere dicat? Ve michi!
Si dure in potente illo animaduersum est,
pro eo quod eleuatum cor illius,
nec ei profuit
quod cogitata est potentibus superbia
quid de me exiguo, misero et superbo?

Si sic actum est cum angelo,
quid de me fiet, terra et cinere?
Ille in caelo intumuit, ego in sterquilinio.
Quis non tolerabiliorem in diuite superbiam
quam in paupere ducat? Vae mihi!
Si tam dure in potente illo animaduersum est,
pro eo quod elevatum est cor illius,
nec ei profuit
quod cognata potentibus superbia
esse cognoscitur,
quid de me exigendum et misero, et superbo?

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 54.8 (SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.107, ll.14-19).